



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. VIII

VT  
SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI  
DOMINI  
**F R I D E R I C I**  
MARGGR. BRANDENB. DVC. PRVSS  
RELIQVA  
PATRIS. PATRIAEC. OPTIMI  
**D I E M . N A T A L E M**  
PRIDIE. IDVS. MAIAS. A. R. S. CICICCLV  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C  
QVA. DECET. ANIMI. DEVOTIONE. CELEBRATVROS  
*CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q*  
FREQVENTIA. BENEVOLA. AVDIANT  
OBNIXE. ROGAT  
EIVSDEM. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**  
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

*CVRIAE. REGNITIANAE*  
LITERIS, IOANNIS. ANDREEAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

W. 4

## Sectio II.

VNDE HERMVNDVRORVM NOMEN MIHI?

## Index dictorum.

- |  |                               |
|--|-------------------------------|
| §. I. Ex GERMANIA.   | §. VIII. GERMANORVM antiquis- |
| §. II. Non per partem.                                     | simorum.                      |
| §. III. Sed per totum.                                     | §. X. Per HELVETIAM.          |
| §. III. Cunctorum HERMVNDVR,<br>§. V. Existente DVRO.      | §. XI. Per GALLIAM.           |
| §. VI. Non LATIL.  | §. XII. Per HISPANIAM.        |
| §. VII. HermundVRis ab Hermun-<br>dOris nihil distantibus. | §. XIII. Per BRITANNIAM.      |
| §. VIII. Siue DVRV M siue DVRS<br>scribantur loca.         | §. XIV. Per BELGIVM.          |
|  | §. XV. Per GERMANIAM.         |

## §. I.

Quod si nemo hominum in dubium vocauerit, *Hermunduros* fuisse Germanos, 1.) eorumque in praecipuis nobiles, 2.) et suam sedem habuisse in Germaniae penetralibus; 3.) quis eorum nominis incunabula alibi quam in eorum vernacula quæsierit? Ita dum pronunciauit aliquis, 4.) cuius latus tegit fere omnis cohors, quam nuperrime 5.) produxi in aciem.

## §. II.

Nec is ego sum, qui alia via rem adgrediatur. Hoc tamen quisque deprehendet, quam primum istos lustrauerit, praelibase eos *Hermundurorum* nomen, non exhaustisse. Qui enim vel plurimas vocis literas adsecuti sunt, 1.) nimium a forma vocis, quae non

*Her-*

1.) Quod nemo in dubium vocabit, Historico de iis, quæ ante Freiber-nisi qui non legit documenta a me suprà Sectione prima Capitis primi adlata.

Historico de iis, quæ ante Freiber-gam conditam a nato Christo istis in oris gesta sint, Pens. I. p. 4.

2.) Quod constat ex iisdem.

5.) Interseccione secunda Sectionis prioris huius Capitis secundi.

3.) Quod si nescieris, exspecta Caput III. huius libelli.

§. II. 1.) §. X. et XI. eiusdem Interseccionis.

4.) Is est Sam, Mollerus Dramate

*Hermund Eri* sed *Hermund Vri*, recesserunt; 2.) qui parcus, ad sumum non plus, quam *Hermund* dederunt. 3.)

## §. III.

Num vero reliqua huius vocis plane otiosa fuerint? Quis umquam adeo audax, ut integras binas syllabas ad Grammaticorum paragogen retulerit? Vereor, ut simile quidquam ex tam ample linguarum ambitu in medium posuerit.

## §. III.

Tantus est consensus 1.) testium, qui huius populi mentionem iniecerunt, ut cunctis *Hermunduri* audiant, qui non fuisset, si, quod isti 2.) sibi persuaferint, duae posteriores syllabae ad nominis integritatem non pertinerent. Detraxisse ad leuisentue ex lubitu vnam pluresue literas. An enim in Velleii editionibus *Hermundorum*, sit sanum, iam 3.) haesitauit. Quid quorundam codicum Iornandis *ErmunduLi* siue *Hermundui* peperit, docui. 4.) Tale diuortium librorum 5.) in *Veromanduis Viromanduis* siue, vnde *Veromandi Viromandivie* nati, quorum *Augusta* 6.) ad fluuium Somme, quae *S. Quentin* Piccardiae fuerit. 7.) Quid si hi in mente fuerint Velleio et Iornandi, saltem eorum librariis?

## §. V.

Iam quis est, qui non intelligat, ante omnia docendum esse, DV RVM existere?

M 2

§. VI.

2.) Minus enim frequenter Eet V inter se in vicem commutantur longius distantes sono.

3.) Quale nuper §. VIII. Interse-  
ctionis II. ante oculos posuit.

§. III. 1.) Quem ipse experiare, si tibi haud graue, Intersectionem vitramque Sectionis I. Cap. I. reuolvere, vbi quemque suo ore audias.

2.) §. II. notati.

3.) Cap. I. Sect. I. Intersect. II. §. I.

4.) Ibidem §. VII.

5.) Apud Caesarem de Bell. Gall. Lib. II. Cap. III. n. 9. et Cap. XVI. n. 6. vbi ipse in multis MSCtis, cum qui-

bus contuli, illud expertus sum, ut et apud Liuium in Epit. CIII. alii, Ptolemaeum, Antonini Itinerarium p. 379. recentioresque a Cluenerio Germ. Antiq. Lib. II. Cap. XXIII. Cellario Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. III Sect. XX. §. CCIII. Davisio ad Cae-saris posteriora, Wesfelingio ad Antoniniana adpellatos.

6.) Antoniniani Itinerarii.

7.) Cui tribuunt Hemeraeus Au-gusti. Veromand. Lib. I. C. XII. et Had. Valesius Notit. Gall. a Wesfelingio excitati, quibus iungendus Cellarius.

## §. VI.

Si de populo aliquo prisci LATITI Italiaeue iam quidem sermo esset, non haberem, quod multis laborarem. Quis enim istud numquam fando audierit, qui vel ut canis e Nilo quaedam inde gustauit? Non, quod pueri in faba reperisse clamitabant, reperi- rim in DVRONIA ista Samnitium 1.) atque Calabriae Manduria Mandvrioue, 2.) si mihi tale praefidium?

## §. VII.

Praefidium tamen haud casum ille togatae gentis primipilus Quinctilianus haec pronuncians: *Quid O atque V permutatae in vicem? ut Hecuba et notrix, Culchides et Pulyxena scriberentur: ac ne in Graecis id tantum notetur, dederont ac probaueront.* Sic Ὁδυστέος, quem Ὁδυσσέα fecerunt Aeoles, ad Vlyssem deductus est. Alios enim plures linguae Latinae literatores 2.) hue in subsidium arcessere, vetat loci angustia. Igitur non erat, quod Xylander 3.) follicitaret Strabonis Ἐγερόδογενς. Ne vero existimes haec ab Hermunduris aliena, quippe quos ipse 4.) pro Germanis venditaui. Quo penicillo pictos deprehenderis, quam Romano? 5.) Quod si tamen hoc non contentus, idem tibi obueniet 6.) in Germania nostra.

## §. VIII.

Exhibit autem libri modo DV RVM, modo DV RVS. 1.) Haec vero diuersitas orta est inde, prout nomen masculini neutriusue gene-

1.) Apud Liuum Hist. Rom. Lib. X. Cap. XXXVIII. n. 4. praeter quem nihil certius atque clariss. adulit Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. VIII. Sect. III. §. IOXVIII.

2.) Apud eundem Liuum Lib. XXVII. Cap. XV. n. 4. Plinium Hist. Nat. Lib. II. C. CHI. Stephanum Epit. Plutarchum in Agide p. 961, a Cellario §. IOXXXXVIII. conscriptos.

§. VII. 1.) Institut. Orator. Lib. I. Cap. III. Ed. Burmanniana p. 45.

2.) Quos coegerit in unum Vos- fius de Art. Grammatica Lib. I. Cap. XII. p. 57. Laurenbergius Antiquar.

p. 475. Cortius ad Sallust. Cat. Cap. XXVIII. n. 1. Thesaurus ille eius modi antiquitatum Gesnerianus v. O Tom. III. p. 503.

3.) Meliora a me edocitus supra §. I. Cap. I. Sect. I. Intersect. I.

4.) Paullo ante §. I.

5.) Deprehendas autem binis Interfectionibus Sectionis I. Cap. I.

6.) Duce isto recenti Germanorum Aristarcho Wachtero Sect. III. sub O suorum Prolegomenorum.

§. VIII. 1.) Obseruante iam Clau- uerio Lib. I. Cap. VII.

generis adieceris vel in mente habueris, ita vt, si ad *oppidum*, DV-  
RVM, si ad *vicus* respexeris, DV RVS locum habeat.

## §. VIII.

Quasnam autem ad gentes adpellam anquisitus DVRO isti  
quidpiam simile de *Hermundurorum* meis? Solos GERMANOS, ni ipse  
a regia via aberrem, quam mihi paullo ante 1.) strau. Sed qua patet  
via? Num petam societatem eius demigrationis, quam ex seculo  
post Christum natum quinto fecerunt nostrates? Haud crediderim,  
quia ex anno CCCXXXII, *Hermundurorum* nomen non amplius  
auditur.<sup>2.)</sup> Nihil igitur me iuuauerint vestigia linguae Teutonicae  
hinc inde deprehensa, quippe quae non plane vacant suspicione  
nouitatis. Ad antiquissima potius configiendum. Sed quo vsque?  
Ad tot, quorū vnam eamdemque inter se habuerunt linguam, variis  
tantum dialectis distinctam.<sup>3.)</sup> Loquor autem de *Germanica*. Hu-  
ius vero quot communia per *Helvetiam*, *Galliam*, *Hispaniam*, *Bri-  
tanniam* et *Belgium* inuenieris paullulum adtentus?<sup>4.)</sup>

## §. X.

Ingrediar iter ab Alpibus. Hic deferor in HELVETIOS. Num  
horum prisca lingua fuit *Germanica*? Fuit, fuerunt enim Galli, 1.)  
Gallos autem Germanice olim locutos esse, statim videoas.

## §. XI.

At Cornelio isti 1.) *credibile est, Gallos in Germaniam transgres-  
sos*. Tantum autem abest, hoc esse contra me, vt potius vel ex iis-  
dem consequar, Gallos Germanosque eodem ore esse locutos. Hic  
campus enim non capit copias, quae in aciem descenderent contra

M 3

Eru-

## 1.) §. I.

2.) Longius enim non potui eorum  
nomen in Cap. I. Sect. I. Interv. II.  
§. VII. extendere.

3.) Cuius rei ferias mihi fecerunt  
Clueius German. Antiq. Lib. I. Cap.  
V. seqq. Schottelius Panegyrico VIII.  
linguae Teutonicae, Hachenbergius  
German. Med. Dis. VII. §. II. seqq.  
Kirchmaierus de Lingua Scytharum,  
Celtarum et Gothorum Sect. II. §. 7.  
Morhofius de Lingua Germ. Cap. II.

4.) Cui hoc graue, vel vtatur iis,  
quas paratas fruges adposuit idem  
Cluverius Cap. VII.

§. X. 1.) Hoc perhibent Tacitus de  
Mor. German. Cap. XXVIII. Hist.  
Lib. I. Cap. LXVII. Caesar de Bell.  
Gall. Lib. I. Cap. I. III. et XVII. Oro-  
fius Hist. Lib. VI. Cap. I. ne recentio-  
res nominem, quos dedit Cel Schoep-  
felinus Vindiciis Celtic. §. LIII.

§. XI. 1.) De Mor. Germ. Cap.  
XXVIII.

Eruditissimum Schoepfelinum, qui omni opere egit nuperim, ut Galliam suam faceret aliam matrem late populorum. Respondeat vel vni Tacito ex conditione illorum temporum vere scribenti: 2.) *Quis praeter periculum horridi et ignoti maris Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit?* Dum haec inconcusa stabant, Galli erunt originis Germanicae, illorumque lingua, quae reliquorum GERMANORVM. 3.)

## §. XII.

Fuerint HISPANI siue Celtica 1.) siue Germanica colonia, quod eadem ratione contigerit, qua inuenire seculo quinto, quo Suevi Hispaniam inuaserunt, regnumque ibi condiderunt; 2.) vestigia tamen linguae Germanicae ibi superfunt. 3.) Nihil autem morabor in recentioribus et vel ex ista posteriori migratione natis, quae inter perstringit mentem meam nomen vtriusque ExtremaduRAE, in qua, qui ingenio suo indulgere vellet, ipsam terminationem HERMUNDVRORVM consequeretur 4.) cultura forte ab his cetera tum temporis ibi locorum frustra quaesitis.

## §. XIII.

Non adeo penitus toto diuisi orbe BRITANNI, ut non a Germanis, vel, si mauis, a Gallis orti aut iusti fuerint, vernacula namque suam ibi propagauerint. Ne precario haec adulteriuſe videar, engravissimi auctoris 1.) sententiam: Britanni - - proximi Gallis et similes sunt, seu durante originis vi, seu procurrentibus in diuersa terris, positio caeli corporibus habitum dedit. In vniuersum tamen aſſimilati Gallos vicinum solum occupasse credibile eſt. Eorum sacra deprehendas,

2.) Cap. II.

3.) Quam eis vindicauit remotis, quae obiicerentur, Cluenerius Lib. I. Cap. V. Alios ei suffragantes dabit Schottelius supranominatus §. 6. et 7. Quae Turnenius et Leibnitius hac de re fenserunt, inuenias in Lipsiensis Societatis Germanicae Beytrag. zur Critisch. Hist. der Deutsch. Sprach. P. XXVIII. p. 539. seq.

§. XII. 1.) In quo defudauit laudatus Schoepfelinus §. 49,

2.) Quod dicas vel ex Cap. I. Intersect. II. §. V. et VI.

3.) Monitoribus iisdem, quos nota 3. prioris §. nominat.

4.) Quo faceret Interseclio eadem II.

§. XIII. 1.) Taciti Vit. Agricol. Cap. XI.

*hendas superstitionum persuasione. Sermo haud multo diuersus, 2.) Quid multis? 3.)*

## §. XIII.

Sed et auctoritate non minor Caesar, 1.) quod ipse obseruaue-  
rat, prodidit memoriae: Britanniae - - mariitima pars ab iis, qui  
praedae ac bellī inferendi causa ex Belgio transierant, qui omnes fere  
iis nominibus ciuitatum adpellantur, quibus orti ex ciuitatibus eo  
peruererunt, et bello illato ibi remanserunt atque agros colere coepe-  
runt. Quis amplius mihi vitio verterit, si ei proxime 2.) EX BEL-  
GIO conquiserim loca, quibus DV R V M adhaeret?

## §. XV.

Si quae ex GERMANIA collegero illud DV R V M adhuc feruan-  
tia, quis fuerit, qui ea aliena iudicauerit, nisi qui oblitus, 1.) Her-  
munduros fuisse Germanos?

Iam quo, Lector Benebole, conuincaris, etiam quoad istas  
binas syllabas, atque adeo integrum esse Germanicum Hermundu-  
rorum nomen, meum erit, post quam illas in priscis Germano-  
rum, qua patent, SUPERSTITES monstrauero, indicem, quid  
SIGNIFICAVERIT illud.

Quod flagitium autem ista peragrade, neque simul potiora eo-  
rumdem peragrana PRINCIPVM NOSTRORVM SERENISSIMO-  
RVM PAR OPTIMVM sequi votis natali PATRIS patriae CLE-  
MENTISSIMI, quod decet probos ciues? Quis vitio vertat, pone  
ILLOS educere meos, quod PRINCIPVM amor egregii cuiusque  
propius noscendi curiosissimus praesagit, Herculaneum Vesuviumque  
verfus? Igitur

SIGMVNDVS HENRICVS LAVENTIVS, Bobenneukirchafaxo,  
vernacula inquiret, an Herculaneum vifū dignum.

IOAN-

2.) Id est, dialečto, vt recte monuit  
Cluenerius modo citatus.

3.) Si tamen plura cupias, adi Cel.  
Schoepfelinum in suis Celticis Vindi-  
ciis de ea read modum sollicitum §. L,

S.XIII. 1.) De Bell. Gall. Lib. V.  
Cap. XII. n. 2.

2.) Interf. II, Parte prima §. VI.  
§. XV. 1.) Cuius oblitus vel ex §. I,  
in memoriam reuocare poterit.



IOANNES CHRISTOPHORVS OELSCHLAEGLIVS, Boben-grunafrancus, Latina curiositatem laude dignissimam esse na-turae docebit Plinii exemplo Vesunii aestu extincti tum, cum Herculaneum sepeliretur.

IOANNES FRIDERICVS ERNESTVS de PODEVILS, Eques Palatinofulzbacensis, Germanica exponet, prudenti peregrinatione nihil iucundius viro principi et splendido loco nato idem sibi aliquando cupiens.

Quibus succedere erat animus IOANNI DAVIDI KOLBIO, Thurnauiae in Franconia V. Summe Reuerendo cognomini cum maxime Celsissimi Comitis de Giech rerum sacrarum Inspectorem agenti Vigilantisimum nato secundum, ex Numburgensi Thuringorum schola cathedrali ante annum et, quod excurrit, fidei nostrae commendato, intra quod temporis spatum, ineunte hoc anno pacem binis ab hinc seculis sanctam causa religionis religionibus per Germaniam tribus principibus deque necessariam esse, vernacula monstrans edidit specimen publicum naturam haud nouercam experti. Cognitis autem impedimentis, quo minus iis cum prodiret, Musisque Curianis diceret vale, veniam eius est consecutus, et, ne legibus nostris fraus fieret, publica auctoritate fau-  
stis omnibus votisque dimittitur hisce absens tamquam praesens.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c





# Farbkarte #13

B.I.G.



**CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. VIII**  
 VT  
 SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI  
 DOMINI  
**F R I D E R I C I**  
 MARGGR. BRANDENB. DVC. PRVSS  
 RELIQUA  
 PATRIS. PATRIAEC. OPTIMI  
**D I E M. N A T A L E M**  
 PRIDIE. IDVS. MAIAS. A. R. S. CCCCLV  
 IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C  
 QVA. DECET. ANIMI. DEVOTIONE. CELEBRATVROS  
 CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q  
 FREVENTIA. BENEVOLA. AVDIANT  
 OBNIXE. ROGAT  
 EIVSDEM. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**  
 A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIAS

CVRIAEC. REGNITIANAE  
 LITERIS. IOANNIS. ANDRAEAE. HETSCHELII  
 GYMN. TYP

